ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Amplissime Dn. Collega & Affinis

Posterioribus meis tuis ita discessum nostrum urge-
bat viator, ut vix potuerim sarcinulas meas
colligere, nedum ipse ad tuas aedes ut quidem
officii ratio postulabat excurrere. Habebis me
tum excusatum quod tibi alijs uxori tuae non
valedixerim. De Principe: quia ipso insalu-
tato discessi velim excuses rationem ut mihi igno-
scat, & absentiam nostram non aegre ferat. Ego
Hagam salvus cum bono Deo reversus dabo
operam sedulo, quantum in me quidem sit, ut quod
hic transactum est temporis studio ac dili-
gentia resarciam. Mitto tibi picturam quan-
dam opticam in cujus medietullio quasi, ipsa
figurâ puta, si ponatur erectum quod mitto specu-
lum exhibebit villicam puellam. Habeo quid-
de ejusmodi speculorum artificio sententias. plures
perfectiores facere facile crediderim, si quidem speci-

Hug. 37.

lum delineasset quod Principis & procerum
varios aestus & varios partus evolveret.
De Induciis quid quaeso fiet? decollavit,
ne illa spes? Nostri Amstelodamenses
Harmomachiam comprehendisse sibi vide
ntur. Verum pauciores illi ventos norunt
quam qui in Aula spirant. Vereor exspe
ctare aliquid de meo dictu. sed scilicet Status
mea agnoscat cui adhaereo non modo ad pietatem
sed ad speciem quoque ac dignitatem pertinere
intelliges. In quo tamen est quod me angat. Metuo
n. suspicari posse principem quae a me ratione ut
arbitror optima facta sunt ea deteriorem in par
tem interpretari. neque huic malo quo modo mederi ratio
ne queat, dispicio. Tu quaeso rationem aliquam exco
gita. Vale atque salve amantissime Affinis
& ostende quod tua sit non modo voluntatis
verum etiam industriae praestantia. Scribe
bam ad lectum parentis a.d. IX Martij 1633.
Amstelodami

Tui studiosissimus Affinis

D. de Wilhem

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/767

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/767